



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Appellatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Appellatio. Aqua benedicta. Archidiac onus. 9

ADDITIO.

A B Episcopo gestandus in indice dextre manus. *Iudic. Moscon. de maiest. mil. eccl. lib. 1. par. 1. c. 8.*

Appellatio.

- 1 Reus appellans in criminalibus acta primæ instantiæ producat, sine quibus non procedat Index ad quem. Index autem à quo intra dies 30. exhibeat acta gratis; alioquin sine his terminetur causa. *Conc. Trid. siff. 14. cap. 3.*
- 2 Non habet locum appellatio elapsio biennio, quando ob grauitatem causæ, vel partium cauillationes, non sit definita causa à foro Episcopali. decisum refert Fr. Leo in *thesau. par. secund. cap. 1. num. 72.*
- 3 Inhibitio numquam fit Episcopis à Iudice ad quem, sub pœna excommunicat. *Zerol. V. Appellatio. ad septimum.*
- 4 Non admittitur appellatio, nisi in trib. casib. Concil. Trident. *siff. 24. cap. 20. de reformat.* Ita Greg. 13. in *constit. 24.*
- 5 In censuris, lata sententia cum affixione cedulorum non impeditur per appellationem. *Zerol. loco cit. ad 14.*
- 6 Ad expensas actorum transferendorum tenetur appellans si per Notarium acta sint scripta. Trident. *siff. 24. cap. 20. secus,* si per Cancellerium Episcopi, de quo *siff. 13. cap. 3.*
- 7 Extat Decretum de hac materia Sacr. Congregat. Episcoporum 16. octobris 1600. apud Quar. *supra num. 20.*
- 8 Et aliud item Congregat. Concilij de grauamine indebitæ carcerationis quod ab eo appellari possit Ibid.
- 9 Plura de appellatione Quar. *V. Archiepiscopus à nu. 13. ad 21.*
Vide Vicarius Foranensis num. 4.
Vicarius Generalis num. 24.
Visitatio circa canonicos exercitios num. 18. 19.

Aqua benedicta.

- 1 **E** ST certi ordinis eius benedictio: Vnde fieret irregularis, qui censutus eam benedicere. *Sylu. num. quart. Aqua bened.*

- 2 Singulis Dominicis Missam Parochiam facturus aquam benedictam renuet, & asperget populum. *Prou. 3.*
- 3 In die sancto Paschatis, & Pentecostis non benedicitur; sed aspergitur Clerus; & populus cum aqua pridie benedicta, & reseruata. *Missale Romanum.*
- 4 Non aspergatur Altare, in quo publice appetat Eucliaristia. *Missale Ambrosianum. 1618.*
- 5 Aspersio domorum fiat in Sabbato Sancto, & in Vigilia Nativitatis Domini pro more locorum. *Prou. 6.*
- 6 Neque ideo quidquam petatur, neque mutu exigatur. *ibid.*
- 7 Aqua non benedicta addita benedicta in minori quantitate, quam benedicta, efficitur benedicta. *Sylu. loc. cit. n. 3.*

Archidiaconus.

- 1 **N** On tenetur esse Doctor, Magister, vel licentiatus nisi curam habeat animarum, vel annexam iurisdictionem. decisum refert Garz. *par. 7. cap. 7. num. 40. 41.* *T* alij apud Barbos. *de pot. ep. alleg. 60. num. 60.*
- 2 Duos habens Archidiaconatus dignitate pares poterit residere in quo sibi magis placuerit. *Decisum refert Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 85.*
- 3 Si aliter est dignior, tenetur in eo residere Decisum refert *ibid.*
- 4 Sede vacante per octo dies, qui datur pro creatione Vicarii capitularis, Archidiaconus est de iure Vicarius, donec electus fuerit capitularis Zerola. *in praxe Episc. parte 1. Archid.*
- 5 Potest ratione Visitationis ei incumbens abesse ultra tres menses, & lucrat fructus, si dari confuerint absentibus ex legitima causa: non tamen distributiones mere quotidianas. *Decisum refert Garz. d. c. ap. 2. num. 332.*
- 6 *V. Visitatio inferiorum Episcopo num. 14. 7.*

ADDITIO.

- 1 Si est prima dignitas, debet facere officium presbyteri Assistentis, si est Sacerdos. *congr. Rit. 10. Ianuar. 1609.* & recusans est cogendus pœnis, & censuris. *ead. ibidem. T 28. Maij 1616.*
- 2 Non